



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Svmmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

De Prophetia quantum ad eius eßentiam. Quæstio 171.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38803**

sum hominem pertinent. Quantum autem ad effectus suos, possunt respicere dilectionem Dei, vel proximi. Et secundum hoc aliqua præcepta in decalogo ponuntur pertinentia ad prohibendum effectus vitiorum oppositorum temperantias partibus. Sicut ex ira, quæ opponitur mansuetudini, procedit interdum aliquis ad homicidium, quod in decalogo prohibetur: aut ad subtrahendum debitum honorem parentibus, quod etiam potest ex superbia provenire: ex qua etiam multi transgrediuntur præcepta primæ tabulæ.

Ad primum ergo dicendum, quod superbia est initium peccati, sed latens in corde: cuius etiam inordinatio non perpenditur communiter ab omnibus. Unde eius prohibitio non debuit poni inter præcepta decalogi, quæ sunt prima principia per se nota.

Ad secundum dicendum, quod præcepta quæ per se inducunt ad observantiam legis, præsupponunt iam legem. Unde non possunt esse prima legis præcepta, ut in decalogo ponantur.

Ad tertium dicendum, quod inordinatio exteriorum motuum non pertinet ad offensam proximi secundum ipsam speciem actus, sicut homicidium, adulterium, & furtum, quæ in decalogo prohibentur: sed solum secundum quod sunt signa interioris inordinationis, ut supra dictum\* est.

QVÆSTIO CLXXI.

*De prophetia essentia, in sex articulos divisa.*

Postquam dictum est de singulis virtutibus, & vitiis, quæ pertinent ad omnium hominum conditiones, & status, nunc considerandum est de his quæ specialiter ad aliquos homines pertinent. Invenitur autem differentia inter homines secundum ea quæ ad habitus, & actus animæ rationalis pertinent, tripliciter. Vno quidem modo, secundum diuersas gratias gratis datas: quia ut dicitur 1. ad Cor. 12. Diuisiones gratiarum sunt; & alij datur per spiritum sermo sapientie, alij sermo scientiæ, &c. Alia verò differentia est secundum diuersas vitas, actiuam scilicet, & contempla-

In co. ap.  
et q. 168  
art. 1.



platiuam, quæ accipiuntur secundum diuersa operationum studia: vnde & ibidem dicitur, quod diuisiones operationum sunt. Aliud enim est studium operationis in Martha, quæ sollicita erat, & laborabat circa frequens ministerium: quod pertinet ad vitam actiuam. Aliud autem est in Maria, quæ sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius: quod pertinet ad contemplatiuam, vt habetur Lucæ. 10. Tercio modo, secundum diuersitatem officiorum, & statuum, prout dicitur ad Ephesios 4. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem pastores, & doctores quod pertinet ad diuersa ministeria, de quibus dicitur 1. ad Corinth. 12. Diuisiones ministracionum sunt. Est autem attendendum circa gratias gratis datas, de quibus occurrit consideratio. Primò, quòd quedam eorum pertinent ad cognitionem, quedam verò ad locutionem, quedam verò ad operationem. Omnia verò quæ ad cognitionem pertinent, sub prophetia comprehendi possunt. Nam prophetica reuelatio extendit non solum ad futuros hominum euentus, sed etiam ad res diuinas: & quantum ad ea quæ proponuntur omnibus credenda, quæ pertinent ad fidem, & quantum ad altiora mysteria, quæ sunt peritiorum, quæ pertinent ad sapientiam. Est etiam prophetica reuelatio de his quæ pertinent ad spiritualitatem, à quibus vel ad bonum, vel ad malum tendit etiam se ad directionem humanorum actuum. quod pertinet ad scientiam, vt infra \* patebit. Et de primò occurrit considerandum de prophetia, & de raptu, qui est quidam prophetiæ gradus.

\* q. 177.

¶ De prophetia autem quadruplex consideratio occurrit.

- ¶ Quarum prima est de essentia eius.
- ¶ Secunda, de causa ipsius.
- ¶ Tertia, de modo prophetiæ cognitionis.
- ¶ Quarta, de diuisione prophetiæ.

¶ Cir-



- ¶ Circa primum quærentur sex.
- ¶ Primo, utrum prophetia pertineat ad cognitionem?
- ¶ Secundo, utrum sit habitus?
- ¶ Tertio, utrum sit solum futurorum contingentium?
- ¶ Quarto, utrum propheta cognoscat omnia prophetabilia?
- ¶ Quinto, utrum propheta discernat ea quæ diuinitus percipit, ab eis quæ proprio spiritu videt?
- ¶ Sexto, utrum prophetiæ possit subesse falsum?

ARTIC. I.

812

*Utrum prophetia pertineat ad cognitionem?*

*Inf. a. 2.  
cor. Et 3.  
9. 7. a. 8.  
Et ver. 9.  
12. ar. 1.  
Et Isa. 1.  
prin. 6.  
1. Co. 14.  
co. 2. pri.  
Et Hebr.  
11. le. 7.  
co. 2.*

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod prophetia non pertineat ad cognitionem. Dicitur enim Ecles. 48. quod corpus Helisai mortuum prophetauit. Et infra 49. dicitur de Ioseph, quod ossa ipsius visitata sunt, & post mortem prophetauerunt. Sed in corpore, vel in ossibus post mortem non remaneat aliqua cognitio. Ergo prophetia non pertinet ad cognitionem.

¶ 1. Præterea, Primæ ad Cor. 14. dicitur, Qui prophetauit hominibus, loquitur ad ædificationem. Sed locutio est effectus cognitionis, non autem est ipsa cognitio. Ergo videtur quod prophetia non pertineat ad cognitionem.

¶ 2. Præterea, Omnis cognoscitiua perfectio excludit stultitiam, & insaniam. Sed hæc simul possunt esse cum prophetia. Dicitur enim Osee 9. Scitote, Israel stultum prophetam, & insanum. Ergo prophetia non est cognoscitiua perfectio.

¶ 3. Præterea, Sicut reuelatio pertinet ad intellectum, ita inspiratio videtur pertinere ad affectum, quod importat motionem quandam. Sed propheta dicitur esse inspiratio, vel reuelatio secundum Cassiod. Ergo videtur, quod prophetia non magis pertineat ad intellectum, quam ad affectum.

*In Prologo super Psal. 1. et est de prophetia.*

¶ 4. Præterea, Sicut reuelatio pertinet ad intellectum, ita inspiratio videtur pertinere ad affectum, quod importat motionem quandam. Sed propheta dicitur esse inspiratio, vel reuelatio secundum Cassiod. Ergo videtur, quod prophetia non magis pertineat ad intellectum, quam ad affectum.

¶ 5. Contra est, quod dicitur 1. Reg. 9. Qui enim pro-



propheta dicitur hodie, olim vocabatur Videns. Se-  
visio pertinet ad cognitionem. Ergo propheta ad co-  
gnitionem pertinet.

RESPONDEO dicendum, quod propheta  
primò & principaliter consistit in cognitione: quia  
videlicet propheta cognoscunt ea, quæ sunt procul  
& remota ab hominum cognitione. Unde possunt dici  
propheta à pro, quod est procul, & phanos, quod  
est apparitio: quia scilicet eis aliqua quæ sunt procul  
apparent. Et propter hoc, ut Isid. dicit \* in lib. Etymo-  
logiarum, in veteri testamento appellabantur Videntes:  
quia videbant ea, quæ ceteri non videbant, &  
prospiciebant quæ in mysterio abscondita erant. Ita  
de & gentilitas eos appellabat vates à vimentis, quia  
quia, ut dicitur 1. ad Cor. 12. Vnicuique datur manifestatio  
spiritus ad utilitatem. Et infra 14. dicitur, ad  
edificationem Ecclesie querite, ut abundetis: unde  
est quod propheta secundario consistit in locutione,  
prout propheta ea quæ diuinitus edocui cognoscunt  
ad adificationem aliorum annuntiant: secundum  
Iud. Isaia 21. Quæ audiui à domino exercituum, Ise-  
rahel, annuntiaui vobis. Et secundum hoc, ut Isid. dicit  
in lib. Etymolog. possunt dici propheta quasi pre-  
fatores, eo quod porrò fantur, id est a remotis facti  
& de futuris vera prædicunt. Ea autem, quæ sunt  
humanam cognitionem diuinitus reuelantur, non  
sunt confirmari ratione humana, quam excedunt  
secundum operationem virtutis diuinæ: secundum  
Iud. Marci vlt. Prædicauerunt vbique Domino coop-  
erante, & sermonem confirmante sequentibus signis.  
Unde tertio ad prophetiam pertinet operatio miracu-  
lorum, quasi confirmatio quædam propheticæ annun-  
tiationis. Unde dicitur Deuteron. vltimo, Nudate  
xit propheta vltro in Israel, sicut Moyses, quem no-  
set Dominus facie ad faciem in omnibus signis acque  
portentis.

Ad primum ergo dicendum, quod auctoritates  
illæ loquuntur de prophetia, quantum ad hoc ter-  
cium

2. 7. c. 8.  
sir. prin.

218

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

2. 13. 301

tion qu  
Ad se  
quorun  
Ad te  
pheta i  
sive qu  
phetaru  
fionem  
Ezech. r  
tibus, q  
Ad qu  
tatur qu  
diuina. V  
des tuos  
monis fi  
ditur, Et  
per ped  
vata est  
ibidem  
prophet  
elevation  
nipoten  
tum ad  
citur pr  
& ignora  
reuelat p  
Ad se  
A phe  
ria sunt  
prophetia  
hominibu  
militer  
ne ad vi  
pria aut  
dicum  
a Pa



tum quod assumitur, ut prophetia argumentum.  
Ad secundum dicendum, quod Apostolus loquitur  
quorum ad prophetiam enuntiationem.

Ad tertium dicendum, quod illi qui dicuntur pro-  
phetæ insani, & stulti, non sunt veri prophetæ, sed fal-  
si de quibus dicitur Hier. 23. Nolite audire verba pro-  
phetarum, qui prophetant vobis, & decipiunt vos. Vi-  
sionem cordis sui loquuntur, non de ore Domini. Et  
Ezech. 13. Hæc dicit Dominus de prophetis insipien-  
tibus, qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident.

Ad quartum dicendum, quod in propheta requi-  
ritur quod intentio mentis eleuetur ad percipiendam  
diuinam. Vnde dicitur Eze. 2. Fili hominis, sta super pe-  
des tuos, & loquar tecum. Hæc autem eleuatio inten-  
tionis fit Spiritu sancto mouente. Vnde ibidem sub-  
ditur, Et ingressus est in me spiritus, & statuit me su-  
per pedes meos. Postquam autem intentio mentis ele-  
uata est ad superna, percipit diuinam. Vnde subditur  
ibidem, Et audiui loquentem ad me. Sic igitur ad  
prophetiam requiritur inspiratio quantum ad mentis  
eleuationem: secundum illud Iob 32 Inspiratio Om-  
nipotentis dat intelligentiam: reuelatio autem quan-  
tum ad ipsam perceptionem diuinorum, in quo perfici-  
tur prophetia, Et per ipsam remouetur obscuritatis  
& ignorantie velamen: secundum illud Iob 12. Qui  
reuelat profunda de tenebris.

ARTIC. II.

*Utrum prophetia sit habitus?*

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod pro-  
phetia sit habitus. Quia ut dicitur \* in 2. Ethic.  
Tria sunt in anima, potentia, passio, & habitus. Sed  
prophetia non est potentia: quia sic inesset omnibus  
hominibus quibus potentia animæ sunt communes.  
Similiter etiam non est passio: quia passiones perti-  
nent ad vim appetitiuam, ut supra \* habitum est. Pro-  
phetia autem pertinet principaliter ad cognitionem,  
sicut dictum est. Ergo prophetia est habitus.

¶ 2. Præter. Omnis perfectio animæ quæ nõ semper  
est

813  
1.2.9.68.  
a.3. ad 3  
3. 3. 10.  
6. 154. fi.  
et ver. 9.  
12. ar. 1.  
per 10. &  
a. 13. ad  
3. & po.  
9.6. a.4.  
fi. et quo-  
li 12. ar.  
27. ad 2.  
c. 5. s. 5  
1.2.9.22.  
ar. 2.  
ar. præter.



est in actu, est habitus. Sed prophetia est quedam animæ perfectio, non autem semper est in actu: alioquin non diceretur dormiens propheta. Ergo videtur quod prophetia sit habitus.

¶ 3 Præterea, Prophetia computatur inter gratias gratis datas. Sed gratia est habituale quoddam in anima, ut supra habitum \* est. Ergo prophetia est habitus.

\* a præc. 1. 2. q. 110 ar. 2.

SED contra, Habitus est quo quis agit cum voluerit, ut dicit Commentator in 3. de Anima. Sed alioquin non potest vti prophetia cum voluerit. Sicut patet 4. Reg. 3. de Helisæo, quem cum Iosaphat de futuris quireret, & prophetiæ spiritus ei descisset, psalterium applicari, ut prophetiæ ad hunc spiritus per eundem psalmodiæ descenderet, atque eius animus de venturis repleret: ut Gregor. dicit \* super Ezech. Ergo prophetia non est habitus.

Ho. 1. inter med. & fi.

RESPONDEO dicendum, quod sicut Apostolus dicit ad Eph. 5. Omne quod manifestatur, lumen est: quia videlicet, sicut manifestatio corporalis visus fit per lumen corporale, ita etiam manifestatio visus intellectualis fit per lumen intellectuale. Opus ergo ut manifestatio proportionetur lumini per se fit, sicut effectus proportionatur suæ causæ. Cum ergo prophetia pertineat ad cognitionem, quæ supra

ar. præc.

rationem existit (ut dictum est, \*) cognitio est quod ad prophetiam requiritur quoddam lumen intellectuale excedens lumen naturalis rationis. In de Michæ 7. Cum sedero in tenebris, Dominus lumen meum est. Lumen autem dupliciter alicui inesse potest. Uno modo, per modum formæ permanentis: sicut lumen corporale est in Sole, & in igne. Alio modo, per modum cuiusdam passionis, siue impressionis transiens: sicut lumen est in aere. Lumen autem prophetiæ non inest intellectui prophetæ per modum formæ permanentis: aliàs oporteret quod semper prophetæ abesset facultas prophetandi: quod patet esse falsum.

Ho. 1. inter med. & fin.

Dicit enim \* Greg. super Ezech. Aliquando prophetia

Spiritus  
præf  
agnosca  
fuis dix  
in amar  
indica  
duale in  
nensis  
ad cogn  
lumen n  
tis, præ  
omnium  
cipium  
tionem  
tur, est  
videtur.  
iusmodi  
permane  
mine tu  
lumen p  
dum cui  
Et hoc  
mea, po  
dicitur  
Domino  
quod sic  
etiam me  
ctione sic  
pia ar  
so dicit  
magistru  
phetiam d  
turus est  
quod  
super  
de man  
modo, no  
ad pri



Spiritus deest prophetis, nec semper eorum mentibus  
 praesto est: quatenus cum hunc non habent, se hunc  
 agnoscant ex dono habere cum habent. Vnde Heli-  
 sus dixit de muliere Sunamite 4. Reg. 4. Anima eius  
 in amaritudine est: & Dominus celauit à me, & non  
 indicauit mihi. Et huius ratio est, quia lumen intelle-  
 ctuale in aliquo existens per modum formæ perman-  
 entis, & perfectæ, perficit intellectum principaliter  
 ad cognoscendum principium illorum, quæ per illud  
 lumen manifestantur: sicut per lumen intellectus agē-  
 tis, præcipuè intellectus cognoscit prima principia  
 omnium illorum quæ naturaliter cognoscuntur. Prin-  
 cipium autem eorum quæ ad supernaturalem cogni-  
 tionem pertinent, quæ per prophetiam manifestan-  
 tur, est ipse Deus, qui per essentiam à prophetis non  
 videtur. Videtur autem à beatis in patria, in quibus hu-  
 iusmodi lumen inest per modum cuiusdam formæ  
 permanentis, & perfectæ: secundum illud Ps. 35. In lu-  
 mine tuo videbimus lumen. Relinquitur ergo quòd  
 lumen propheticum insit animæ prophetæ per mo-  
 dum cuiusdam passionis, vel impressionis transeuntis.  
 Et hoc significatur Exo. 33. Cumque transibit gloria  
 mea, ponam te in foramine petrae, &c. Et 3. Reg. 19.  
 dicitur ad Heliã, Egredere, & sta in monte coram  
 Domino, & ecce Dominus transiit, &c. Et inde est  
 quòd sicut aer semper indiget noua illuminatione, ita  
 etiam mens prophetæ semper indiget noua reuela-  
 tione: sicut discipulus qui nondum est adeptus princi-  
 pia aris, indiget vt de singulis instruat. Vnde & Isa-  
 ya dicitur, Mane erigit mihi aurẽs, & audiam quasi  
 magistrum. Et hoc etiam ipse modus loquendi pro-  
 phetiam designat, secundum quòd dicitur, quòd lo-  
 quutus est Dominus ad talem, vel talem prophetam:  
 ut quòd factum est verbum Domini, siue manus Do-  
 mini super eum. Habitus autem est forma permanens.  
 Et manifestum est, quòd prophetia, proprie lo-  
 quendo, non est habitus.  
 Et primum ergo dicendum, quòd illa diuisio  
 Phi-



Philosophi non comprehendit absolute omnia, quæ sunt in anima, sed ea quæ possunt esse principia moralium actuum, qui quandoque fiunt ex passione, quandoque autem ex habitu, quandoque autem ex potentia nuda: ut patet in his qui ex iudicio canonis a li- quid operantur antequam habeant habitum. Potest ta- men prophetia ad passionem reduci: si tanta motus passionis pro qualibet receptione accipiamur: quæ Philosophi dicitur in 3. de Anima, quod intelligere, quod quoddam est. Sicut enim in cognitione naturali intellectus possibilis patitur ex lumine intellectus ag- gitis: ita etiam in cognitione prophetica intellectus manus patitur ex illustratione diuini luminis.

Ad secundum dicendum, quod sicut in rebu- poralibus abeunte passione, remanet quædam habi- tas ad hoc quod iterum patitur; sicut lignum semel inflammatum facilius iterum inflammatur: ita etiam in intellectu prophetæ, cessante actuali illustratio- nem excitata, facilius postmodum ad deuotionem reuocatur. Propter quod Aug. in li. 1. de ci- uitate Dei, dicit esse necessarias crebras orationes: ne- cepta deuotio totaliter extinguatur. Potest tamen ei quod aliquis dicitur propheta etiã cessante illi prophetica illustratione, ex deputacione de- bendum illud Hier. 1. Et propheta in Gentibus dicitur.

Ad tertium dicendum, quod omne donum gra- tiæ hominem eleuat ad aliquid quod est supra natu- ram humanam. Quod quidem potest esse dupliciter. Vno modo, quantum ad substantiam actus, sicut in- cula facere, & cognoscere incerta, & occulta diuina sapientiæ. Et ad hos actus non datur homini donum gratiæ habituale. Alio modo, est aliquid superna- rum humanam quantum ad modum actus, non autem quantum ad substantiam ipsius: sicut diligere Deum, & cognoscere eum in speculo creaturarum: Et ad hoc datur donum gratiæ habituale.

te. 12. 1. 2

epi. 121.  
2. 9. circ.  
mc. 10. 2.

Vtrum  
D  
A  
tia  
Cassiod  
diuina,  
sed eue  
solis  
¶ 2  
sapienci  
tionem  
scientia  
Corinth  
cundum  
Ergo vi  
rum sit p  
futuris c  
¶ 1  
tem spec  
tia quæd  
autem d  
non sit  
S E L  
quod pr  
dicitur I  
Quædam  
In princip  
de præter  
Si omnes  
cultu cor  
tia solum  
R E S P  
quæ sit pe  
uest, qu  
de exte  
animæ  
in intel  
per lun  
Sec. S

A R-



Vtrum prophetia sit solum futurorum contingentium? 814

**A**D tertium sic proceditur. Videtur, quod prophetia sit solum futurorum contingentium. Dicit enim Cassiod. quod prophetia est inspiratio vel reuelatio diuina, rerum euentus immobili veritate denuntians. Sed euentus pertinet ad contingentia futura. Ergo de solis contingentibus futuris fit reuelatio prophetica.

**¶ 2** Præterea, Gratia prophetiæ diuiditur contra sapientiam & fidem, quæ sunt de diuinis: & discretionem spirituum, quæ est de spiritibus creatis: & scientiam, quæ est de rebus humanis: vt patet 1. ad Corinth. 12. Habitus autem & actus distinguuntur secundum obiecta, vt patet per ea quæ supra dicta sunt.

Ergo videtur quod de nullo pertinente ad aliquod horum sit prophetia. Relinquitur ergo quod sit solum de futuris contingentibus.

**¶ 1** Præterea, Diuersitas obiecti causat diuersitatem speciei, vt ex supradictis patet. Si ergo prophetia quædam sit de futuris contingentibus, quædam autem de quibusdam alijs rebus, videtur sequi quod non sit eadem species prophetiæ.

**S**ED contra est, quod Greg. dicit super Ezech. quod prophetia quædam est de futuro: sicut id quod dicitur Isai. 7. Ecce virgo concipiet, & pariet filium.

Quædam de præterito: sicut id quod dicitur Genes. 1. In principio creauit Deus cælum & terram.

Quædam de presenti: sicut id quod dicitur 1. ad Corinth. 14. Si omnes prophetent, intret autem quis infidelis, occulta cordis eius manifesta fiunt. Non ergo est prophetia solum de contingentibus futuris.

**R**ESPONDEO dicendum, quod manifestatio, quæ fit per aliquod lumen, ad omnia illa se extendere potest, quæ illi lumini subiiciuntur: sicut visio corporalis extendit ad omnes colores: & cognitio naturalis se extendit ad omnia illa quæ subduntur lumine intellectus agentis. Cognitio autem prophetica, quæ per lumen diuinum, quo possunt omnia cognosci.

Sec. Sec. Vol. iij. G g tam

inf. q. 172  
ar. 1. cor.  
fi. et ad 4  
Et ver. q.  
12. ar. 2.  
et Isai. 1.  
pr. Et Ro.  
12. luc. 2.  
10. 2. fi. 6.  
1. cor. 14.  
co. 2.  
\* in prol.  
super Ps.  
6. 1. in pr.  
1. 2. q. 54.  
ar. 2.  
1. 2. q. 54  
ar. 2.

Ho 1. in  
Ezech. in  
princ.



18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100

tam diuina quam humana, tam spiritualia quam corporalia. Et ideo reuelatio prophetica ad omnia huiusmodi se extendit: sicut de his que pertinent ad Dei excellentiam, & angelicorum spirituum ministeria, reuelatio prophetica facta est: vt Isai. 6. vbi dicitur, Vidi Dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum. Cuius etiam prophetia continet ea que pertinent ad corpora naturalia: secundum illud Isai. 40. Quis mensus est pugillo aquas, &c. Continet etiam ea que ad mores hominum pertinent: secundum illud Isai. 58. Frange esurienti panem tuum, &c. Continet etiam ea que pertinent ad futuros euentus: secundum illud Isai. 47. Venient tibi duo in die vna subito, seditas & viduitas. Considerandum tamen est, quod prophetia est de his que procul a nostra cognitione sunt, tanto aliqua magis proprie ad prophetiam pertinent, quanto longius ab humana cognitione existunt. Horum autem est triplex gradus: Quorum vni eorum que sunt procul a cognitione huius hominis siue secundum sensum, siue secundum intellectum, autem a cognitione omnium hominum, sicut sensum cognoscit aliquis homo que sunt sibi presentia secundum locum, que tamen alius humano sensu, vt pote presentia, non cognoscit. Et sic Heliseus prophetia cognouit que Giezi discipulus eius in absentia fecit vt habetur 4. Reg. 5. Et similiter cognationes vnius, alteri prophetice manifestantur: vt dicitur Corinth. 14. Et per hunc modum etiam ea que sunt scit demonstratiue, alij possunt prophetice reuelari. Secundus autem gradus est eorum que excedunt vniuersaliter cognitionem omnium hominum: non que secundum se non sint cognoscibilia, sed propter defectum cognitionis humane: sicut mysterium Trinitatis, quod reuelatum est per Seraphim dicentia Deus, Sanctus, Sanctus, &c. vt habetur Isai. 6. Tertius autem gradus est eorum que sunt procul a cognitione omnium hominum, quia in seipsis non sunt cognoscibilia: vt contingentia futura, quorum vni-

ritas  
salite  
culari  
sine  
& non  
dicit  
da si  
rito v  
am  
Ad  
ibi di  
tur no  
proph  
Vnde  
sue di  
conuen  
mine  
Et ver  
& inte  
tione  
testan  
autem  
sam no  
quod  
alij co  
Ad  
tione p  
tate pe  
uerit q  
stantur  
Virum  
D  
A ph  
na qu  
mos 3



ritas non est determinata. Et quia quod est vniuersaliter & secundum se, potius est eo quod est particulariter & per aliud: ideo ad prophetiam proprijsimè pertinet reuelatio euentuum futurorum, vnde & nomen prophetia sumi videtur. Vnde Gregorius dicit super Ezechielem, Et cum ideo prophetia dicta sit, quod futura prædicat, quando de præterito vel præsentis loquitur, rationem sui nominis amittit.

Ho. 1. in  
Eze. h. in  
pri. illius

Ad primum ergo dicendum, quod prophetia ibi diffinitur secundum id quod proprie significatur nomine prophetia. Et per hunc etiam modum prophetia diuiditur contra alias gratias gratis datas. Vnde patet responsio ad secundum. Quamuis possit dici, quod omnia quæ sub prophetia cadunt, conueniunt in hac ratione, quod non sunt ab homine cognoscibilia nisi per reuelationem diuinam. Ea verò quæ pertinent ad sapientiam & scientiam, & interpretationem sermonum, possunt naturali ratione ab homine cognosci: sed altiori modo manifestantur per illustrationem diuini luminis. Fides autem etiam sit de inuisibilibus homini, tamen ad ipsam non pertinet eorum cognitio quæ creduntur, sed quod homo per certitudinem assentiat his quæ sunt ab alijs cognita.

Ad tertium dicendum, quod formale in cognitione prophetica est lumen diuinum: à cuius unitate prophetia habet unitatem speciei; licet sint diuersa quæ per diuinum lumen prophetice manifestantur.

ARTIC. IV.

Virum propheta per diuinam reuelationem cognoscat omnia quæ possunt prophetice cognosci?

815  
Ver. 9. 12  
2. 1. ad 5.  
Et Ro. 15  
le. 7. co. 4.  
princ.

Ad quartum sic proceditur. Videtur, quod Propheta per diuinam reuelationem cognoscat omnia quæ possunt prophetice cognosci. Dicitur enim Gen. 3. Non faciet dominus Deus verbum, nisi reuelauerit.

Gg 2 lauerit



lauerit secretum suum ad seruos suos prophetas. Sed omnia quæ propheticè reuelantur, sunt uerba diuinitus facta. Nihil ergo eorum est, quod non reuelatur propheta.

ar. 3. hu-  
ius 9.

l. 1. te. 63  
10. 2.

¶ 2 Præterea, Dei perfecta sunt opera, ut dicitur Deuter. 32. Sed prophetia est diuina reuelatio, ut dicitur. Ergo est perfecta. Quod non esset nisi perfectè & omnia prophetabilia propheticè reuelaretur quæ perfectum est cui nihil deest, ut dicitur in 3. Par. 1.

¶ 3 Præterea, Lumen diuinum quod causat prophetiam, est potentius quàm lumen naturalis rationis ex quo causatur humana scientia. Sed homo habet aliquam scientiam, cognoscit omnia quæ ad illam scientiam pertinent: sicut grammaticus cognoscit omnia grammaticalia. Ergo videtur quòd Propheta cognoscit prophetabilia.

Ho. 1. in  
Ezec. in-  
ter pri. et  
med.

SED contra est, quòd † Greg. dicit super Ezech. quòd aliquando spiritus prophetiæ ex præsentibus tantum animam prophetantis, & ex futuro nequaquam tangit. Aliquando autem ex præsentibus non tangit, & ex futuro tangit. Non ergo Propheta cognoscit omnia prophetabilia.

1. 2. q. 65  
a. 1. c. 3.

RESPONDEO dicendum, quòd diuersa est necessitas esse simul, nisi propter aliquod unum quòd connectuntur, & à quo dependent: sicut supra dictum est, quòd virtutes omnes necesse est esse simul propter prudentiam vel charitatem. Omnia autem cognoscuntur per aliquod principium cognoscuntur, connectuntur in illo principio, & ab illo dependent. Et ideo qui cognoscit perfectè principium secundum totam eius virtutem, simul cognoscit omnia quæ per illud principium cognoscuntur. Ignorato autem communi principio vel communiter apprehenso, nulla necessitas est omnia cognoscendi: sed vnumquodque eorum per se oportet manifestari; & per consequens aliqua eorum possunt cognosci, & alia non cognosci. Principia autem eorum, quæ diuino lumine propheticè man-  
festan-



festantur, est ipsa veritas prima, quam prophetæ in seipsa non vident. Et ideo non oportet quod omnia prophetabilia cognoscant. Sed quilibet eorum cognoscit ex eis aliqua, secundum specialem revelationem huius vel illius rei.

Ad primum ergo dicendum, quod Dominus omnia quæ sunt necessaria ad instructionem fidelis populi, reuelat Prophetis. Non tamen omnia omnibus, sed quæ iam vni, quædam alij.

Ad secundum dicendum, quod prophetia est sicut quiddam imperfectum in genere diuinæ reuelationis. Vnde dicitur 1. ad Cor. 13. quod prophetia euacuabuntur: & quod ex parte prophetamus, id est, imperfecte. Perfectio autem diuinæ reuelationis erit in patria. Vnde subditur, Cum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Vnde non oportet quod prophetia reuelationi nihil desit, sed quod nihil desit eorum ad quæ prophetia ordinatur.

Ad tertium dicendum, quod ille qui habet aliquam scientiam, cognoscit principia illius scientiæ, ex quibus omnia quæ sunt illius scientiæ, dependent. Et ideo qui perfecte habet habitum alicuius scientiæ, scit omnia quæ ad illam scientiam pertinent. Sed per prophetiam non cognoscitur in seipso principium prophetarum cognitionum, quod est Deus. Vnde non est similis ratio.

ARTIC. V.

*Utrum propheta discernat semper quid dicat per spiritum proprium, & quid per spiritum prophetiæ?* 816  
3 cōtra.  
154. co. 1  
et 3. ff. Et  
ver. 9. 12  
art. 2. ad  
15. & 16.  
¶ l. 6. c. 13.  
a me 1.  
¶ a. 3. hu  
ius q.  
Ad quintum sic proceditur. Videtur, quod propheta discernat semper quid dicat per spiritum proprium, & quid per spiritum prophetiæ. Dicit enim Aug. in 6. Confess. quod mater sua dicebat discernere se, (nescio quo sapore, quem verbis explicare non poterat) quid interesset inter Deum reuelantem, & inter animam suam somniantem. Sed prophetia est reuelatio diuina, vt dictum est. Ergo propheta semper discernit id quod Deus dicit per spiritum proprium, & quid per spiritum prophetiæ.

G 8 3 phetiæ,



† In ex-  
positione,  
fidei ad  
Dam. nō  
procul a  
f. illiust.  
2. et Au.  
li. de na.  
et gra. c.  
43. t. 7.

phætiæ, ab eo quod loquitur spiritu proprio.  
¶ 2 Præterea, Deus non præcipit aliquid impos-  
sibile, sicut † Hieron. dicit, Præcipitur autem prophæ-  
tis Hier. 23. Propheta qui habet somnium, narret som-  
nium; & qui habet sermonem meum, loquatur sermo-  
nem meum verè. Ergo Propheta potest discernere,  
quid habeat per spiritum prophætiæ, ab eo quod ali-  
ter videt.

¶ 3 Præterea, Maior est certitudo quæ est per di-  
uinum lumen, quàm quæ est per lumen rationis natu-  
ralis. Sed per lumen rationis naturalis ille qui habet  
scientiam, pro certo scit se habere. Ergo ille qui ha-  
bet prophetiam per lumen diuinum, multo magis ce-  
tus est se habere.

hom. 1. in  
Exec. in-  
ter med.  
¶ fi.

SED contra est, quod \* Greg dicit super Ezech.  
Sciendum est, quod aliquando prophæta sancti datus  
consultatur, ex magno usu prophetandi quædam  
suo spiritu proferunt, & se hoc ex prophætiæ spiritu  
dicere suspicantur.

l. 2. c. 17.  
declinatio  
do ad fi.  
80 3.

RESPONDEO dicendum, quod mens prophe-  
tiæ dupliciter à Deo instruitur. Vno modo, per expre-  
sam reuelationem. Alio modo per instinctum quor-  
dam occultissimum, quem nescientes humane cogita-  
patiuntur: vt \* August. dicit 2. super Genes. ad lit.  
De his ergo quæ expresse per spiritum prophætiæ  
phæta cognoscit, maximam certitudinem habet:  
certo habet quod hæc sunt diuinitus sibi reuelata.  
Vnde dicitur Hier. 26. In veritate misit me Dominus  
ad vos: vt loquerer in aures vestras omnia verba hæc.  
Alioquin si de hoc ipse certitudinem non habet,  
des quæ dictis Prophetarum innititur, certa non esset.  
Et signum prophætiæ certitudinis accipere potest  
ex hoc, quod Abraham admonitus in prophæti-  
sione, se præparauit ad filium vngentum immen-  
dum: quod nullatenus fecisset, nisi de diuina reuelati-  
one fuisset certissimus. Sed ad ea quæ cognoscit per  
instinctum, aliquando sic se habet, vt non plene dis-  
cernere possit, vtrum hæc cogitauerit aliquo diuino  
instinctu.

instinctu  
omnia  
tudine  
instinctu  
phætiæ  
Grego  
Spiritu  
sunt  
prechi  
tem ra  
co spir  
Vnde  
Virum  
D  
A p  
sue est  
gentib  
possum  
gerent  
¶ 2  
chiæ d  
& non  
quinde  
militer  
quæ ad  
dicem &  
ciam eg  
aduersu  
lo quod  
exemplu  
Miserrus  
hoc: et e  
a salfur  
¶ 3  
dus est  
aliquat



instinctu, vel per spiritum proprium. Non autem  
omnia quae cognoscimus diuino instinctu, sub certi-  
tudine prophetica nobis manifestantur. Talis enim  
instinctus est quiddam imperfectum in genere pro-  
phetiae. Et hoc modo intelligendum est verbum \*  
Gregor. Ne tamen error ex hoc possit accidere, per  
spiritum sanctum citius correcti, ab eo quae vera  
sunt, audiunt: & semetipsos, quia falsa dixerint, re-  
prehendunt: vt ibidem \* Gregor. subdit, Primae au-  
tem rationes procedunt quantum ad ea quae propheti-  
co spiritu reuelantur.

hom. 1. in  
Ezech. cit.  
in Sed  
contra.  
hom. 1. in  
Ezech. 2  
med.

Vnde patet responsio Ad omnia obiecta.

ARTIC. VI.

Vtrum ea quae propheticè cognoscuntur vel annun-  
tiantur, possint esse falsa?

Ad sextum sic proceditur. Videtur, quod ea quae  
propheticè cognoscuntur vel annuntiantur, pos-  
sint esse falsa. Prophetia enim est de futuris contin-  
gentibus, vt \* dictum est. Sed futura contingentia  
possunt non euenire, alioquin ex necessitate contin-  
gerent. Ergo prophetiae potest subesse falsum.

817  
inf. 9. 172  
a. 1. co et  
a. 5. ad 2  
et a. 6. ad  
2. Et ver.  
9. 12. a. 3  
co & ar.  
10. ad 7.  
\* a. 3. hu-  
ius 9.

¶ 2 Præterea, Isaias propheticè pronuntiauit Eze-  
chiae dicens, Dispone domui tuae: quia morieris tu  
& non viues. Et tamen additi sunt vitae eius postea  
quindecim anni, vt habetur 4. Reg. 20. & Isai. 38. Si-  
militer & Hierem. 18. Dominus dicit, Repente lo-  
cui aduersum gentem, & aduersum regnum, vt era-  
dicem & destruam & disperdam illud. Si poeniten-  
tiam egerit gens illa à malo suo quod locutus sum  
aduersum eam, ego & ego poenitentiam super ma-  
lo quod cogitavi vt facerem ei. Et hoc apparet per  
exemplum Niniuitarum, secundum illud ionæ tertio  
Miserus est Dominus super malitiam quam dixit vt  
fecerit eis, & non fecit. Ergo prophetiae potest subes-  
se falsum.

¶ 3 Præterea, Omnis conditionalis, cuius antece-  
dens est necessariū absolutè, consequens est necessariū  
absolutè: quia ita se habet consequens in conditio-  
nali

¶ 4



1.1. text.  
17. 1.1.

nali ad antecedens, sicut conclusio ad præmissas in syllogismo. Ex necessarijs autem nunquam contingit syllogizare, nisi necessarijs: ut probatur in \* 1. Posteriorum. Sed si prophetiæ non potest subesse falsum, oportet hanc conditionalem esse veram, si aliter quid est prophetatum, erit. Huius autem conditionalis antecedens est necessarium absolute, cum sit de præterito. Ergo & consequens erit necessarium absolute. Quod est inconueniens: quia sic prophetia non esset contingentium. Falsum est ergo quod prophetia non possit subesse falsum.

gl. ord. in  
prolog. in  
Psal. c. 1.  
in prin.  
a. 1. 1. &  
5. huius  
9.

SED contra est, quod \* Cassiod. dicit, quod prophetia est inspiratio vel reuelatio diuina, rerum eorumque immobilis veritate denuntians. Non autem est immobilis veritas prophetiæ, si posset ei falsum subesse. Ergo non potest ei subesse falsum.

RESPONDEO dicendum, quod sicut + ex illis patet, prophetia est quædam cognitio intellectus prophetæ impressa ex reuelatione diuina, per modum iusdam doctrinæ. Veritas autem cognitionis est in discipulo, & in docente: quia cognitio addita est similitudo cognitionis docentis: sicut etiam in rebus naturalibus forma generati est similitudo forme generantis. Et per hunc etiam modum rony. dicit quod prophetia est quoddam signum præscientiæ. Oportet igitur eandem esse veritatem prophetiæ cognitionis & enuntiationis, quæ cognitionis diuinæ: cui impossibile est subesse falsum in primo \* dictum est. Unde prophetia non potest subesse falsum.

9. 14. ar.  
13. et 15.  
9. 16.  
ar. 8.  
\* 9. 22. a.  
4.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut in primo dictum est, certitudo diuinæ præscientiæ non est contingentiam singularium futurorum: quia ea secundum quod sunt præsentia & iam determinata ad vnum. Et ideo etiam prophetia, quæ est signum præscientiæ similitudo impressa vel signum, immobilis veritate futurorum, contingentiam non concludit.



Ad secundum dicendū, quod diuina præscientia respicit futura secundum duo, scilicet secundum quod sunt in seipsis, in quantum scilicet ipsa præsentia liter intetur: & secundum quod sunt in suis causis, in quantum scilicet videt ordinem causarum ad effectus. Et quamuis contingentia futura, prout sunt in seipsis, sint determinata ad vnum: tamen prout sunt in suis causis, non sunt determinata, quin possint aliter euenire. Et quamuis ista duplex cognitio semper in intellectu diuino coniungatur, non tamen coniungitur sepe in reuelatione prophetica: quia impressio agentis non semper adæquat eius virtutem. Vnde quandoque reuelatio prophetica est impressa quædam similitudo diuinæ præscientiæ, prout respicit ipsa futura contingentia in seipsis. Et talia sic eueniunt, sicut prophetantur: secundum illud Is. 7. Ecce virgo concipiet. Quandoque verò prophetica reuelatio est impressa similitudo diuinæ præscientiæ, prout scilicet cognoscit ordinem causarum ad effectus: & tunc quandoque aliter euenit quam prophetetur: nec tamen prophetiæ subest falsum. Nam sensus prophetiæ est, quod inferiorum causarum dispositio, siue naturalium siue humanorum actuum, hoc habet, vt talis effectus eueniat. Et secundum hoc intelligitur verbum Isaiæ dicentis, *Moriæris, & non viues*; id est, dispositio corporis tui ad mortem ordinatur. Et quod dicitur Ionæ 3. *Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur*; id est, hoc metra eius exigunt vt subuertatur. Dicitur autem Deus penitentiæ metaphoricè, in quantum ad modum penitentis se habet, prout scilicet mutat sententiam, nisi non muret consilium.

Ad tertium dicendum, quod quia eadem est veritas prophetiæ, & diuinæ præscientiæ, vt dictum est, hoc modo ista conditionalis est vera, si aliquid est prophetatum, erit; sicut ista, si aliquid est præscitum, erit. In vtraque enim antecedens est impossibile non esse: vnde & consequens est necessarium; non attendendum quod est futurum respectu nostri, sed vt  
*in torpore  
 re ait.*



consideratur in suo presenti, prout subditur præfati-  
tæ diuinæ, vt in primo dictum est \*.

q. 14. ar.  
13. ad 2.

QVÆST. CLXXII.

De causa prophetia, in sex articulos diuisa.

**D** Einde considerandum est de causa prophetia.

- ¶ Et circa hoc quærentur sex :
- ¶ Primo, vtrum prophetia sit naturalis ?
- ¶ Secundo, vtrum sit à Deo mediantibus angelis ?
- ¶ Tertio, vtrum ad prophetiam requiratur dispositio naturalis ?
- ¶ Quarto, vtrum requiratur bonitas morum ?
- ¶ Quinto, vtrum sit aliqua prophetia à dæmonibus ?
- ¶ Sexto, vtrum propheta dæmonum aliquando dicant verum ?

ARTIC. I.

Vtrum prophetia possit esse naturalis ?

818 **A**d primum sic proceditur. Videtur, quod propheta possit esse naturalis. Dicit enim \* Gregorius in quarto dialogorum, quod ipsa aliquando animarum vis sua subtilitate aliquid præuidet. Et \* Augustinus dicit in 12. super Genes. ad litteram, quod anima humane, secundum quod à sensibus corporis abstracta, competit futura præuidere. Hoc autem pertinet ad prophetiam. Ergo anima naturaliter potest esse qui prophetiam.

infr. a 3.  
cor. et ve  
vi. q. 12.  
art. 3.  
ar. 4. cor.  
\* lib. 4. c.  
26. in pr.  
† li. 12. c.  
13. fo. 3.

¶ 2 Præterea, Cognitio anime humane magis in vigilando, quam in dormiendo. Sed in dormiendo quidam naturaliter præuident quedam futura, vt patet per Philosophum \* in libro de somno & vigilia. Ergo multo magis potest homo naturaliter futura præcognoscere.

in lib. de  
diuinat.  
per som-  
nium, c. 2.

¶ 3 Præterea, Homo secundum suam naturam est perfectior animalibus brutis. sed quedam animalia bruta habent præcognitionem futurorum ad se pertinentium, sicut formicæ præcognoscunt pluuia futura: quod patet ex hoc, quod ante pluuiam incipiunt granam in foramen reponere. Et similiter etiam pisces præcognoscunt tempestates futuras: vt perper-

ditur  
Ergo  
re pos  
pheta  
¶ 4  
tia defi  
prophe  
Sed  
quod p  
SE  
enim v  
tia, se  
Dei hon  
dono S  
RE  
dictum  
turis d  
seipis.  
Præcog  
seipis,  
tati sum  
Et ideo  
natura  
in suis  
ne, etia  
nitatem  
rum ord  
uit. Et  
in homi  
statim a  
cognosc  
decimo  
tate ani  
nacionis  
quione  
in omni  
narum  
colunt